

2.  
 Bring andern Theils nur allen Grimm zusammen,  
 Und drohe mir die strengste Marter an.  
 Ich fürchte mich vor keinem Löwen-Zahn.  
 Was thut das Schwerdt? Was ungezähmte Flammen?  
 Vollführe deine Wuth,  
 Mit toller Wasser-Fluht,  
 Du magst mich auch gar aus dem Lande treiben,  
 Das ewge Wort soll doch mein Schatz ver-  
 bleiben.



16.  
 1659.  
 Quod Domino  
 placuit,  
 Nobilis, Amplissimus, Spectatissimaq;  
 dignitatis Vir,  
**DN. GREGORIUS**  
**G O B I U S,**

Jctus, Hæredit. in Rauschenwalda  
 & Deutschhoffig/

Prætor apud Gorlic. Rempubl.

gravissimus, meritissimus,

placide inter suorum

pia suspiria

VIII. Septemb.

An. Chr. clc Ioc LVIII.

moritur,

ejusq; quod mortale supererat,

in exstructum jam ante

annos aliquot

(gentilitium monumentum)

mensis dicti d. XI.

frequenti funere

Sequentibus comitatum Epicediis

infertur.

Typis Gorlicens. CHRISTOPHORI ZIPPERL



YYY092



Super  
Nob. Ampliſſimiq; Viri  
DN. GREGORII GOBII, &c. obitu.

**S**iccine RICHTERI peracerbo funere noſtri  
Ingluviem hant poteras, Mors, ſatiare tuam!  
Debuit ergo tibi quoq; cedere GOBIUS: ut quem  
Auſa etiam es nobis ſurripuiſſe virum:  
Cujus in adverſis alacris prudentia rebus,  
Sapius eximiam ſuppeditavit opem.  
Siccine tam parvo geminum inferſ tempore vulnus,  
Conſulis unum obitu, Judicis unum obitu!  
O dolor! O urbis verè lacrymabile fatum:  
Privari utilibus per tua ſpicla viris.  
Illi equidem mixti caeſtibus ignibus, infra  
Se poſita hac rident deſpiciuntq; bona,  
Secretiq; malis mundi, ſaturiq; bonorum  
Exultant miris & ſine ſine modis.  
Nobis hoc ſupereſt curæ, ſtudiig; relictum  
Plangere defunctor, ſollicitare DEUM:  
Ut graſſatura poſito ſuſſlamine Mortæ  
Scriptorum vivat nobilis ordo patrum:  
Et ſint, qui recte fungantur tempore quovis  
Conſulis officio, Judicis officio.

Scrib.

DAVID VECHNERUS.  
Conſul

**C**ONſul præceſſit, Iudex ſuccedit in urbe,  
Sedes qua Phœbi, Pieriiq; chori.  
Conſul prævit dictus cognomine Iudex,  
Iudex officio conſequiturq; bonus.  
Iverunt: & nos tandem ſic ibimus omnes,  
Ibitis ac ibunt quotquot hic orbis habet.  
Mors nulli parcit: ſimili pede pulſat ubiq;  
Et Regis turrim, pauperis atq; caſam.  
Heu miſeros! noſtrum nam vivere, vivere non  
eſt,  
Sed morier; morimur quolibet ecce die.  
Ergò diſce mori, mortalis, vita caduca  
Dum datur, ut vivas poſt pia fata DEO.  
Hæc eſt vivendi, moriendi regula certa:  
Ut moriare piè, vivere diſce piè.

DANIEL BANF.

**S**Amſone dejectis ſteterant queis tecta columnis:  
Contigit actutum magna ruina domus.  
Conſule nuperius, nunc & Prætoſe cadente,  
Ec quis Gorlitij diruta fulcra neget?  
Sublimes quis non dicat cecidiſſe columnas?  
Quarum communis robore fulta ſalus.

A 2

Magne



Magne Deus, si qua cervicibus inde ruina  
Impendet, vitiis ceu meruere suis:  
Parce precor, peccasse dolent, averte virorum  
Quicquid tantorum morte minare tuis.  
Averte & Patria Patres superesse jubeto  
Longius, & paribus lampada trade viris.  
Audior, & solito Sceptra fulsisse nitore  
Cernimus auspiciis jam, Theodore, tuis!

M. CHRISTOPHORUS SEIFERTUS,  
Gymnas. Conr.

PER menses aliquot caruisti conjuge GÖBBL,  
Dum pars Conjugii dimidiata tui est:  
Pectoris, ô maror! medij sic fissile habere  
Frustrum, ac in viduo secubuisse toro:  
Sed DEUS audivit tua mox suspiria, quando  
Redditus es subitò pulvis & umbra tuis.  
O felix, qui sic hic pacta novissima fati  
In Christum claudis justificante fide.

Condolens  
deproperabat

M. CHRISTOPH HASSFURD.  
Ergo

ERGO nullus adhuc finis, nec pausa malorum,  
Curia quae patitur, quae patitur Populus?  
Certo Septembris redierunt ordine nondum  
Soles, quis justo mæsta dolore gemit  
Patria Gorlicium tria funera, nempe Virorum,  
Collegas Patria quos habuere Patres,  
Sommeri primùm, Barthisi postea, nec non  
Richteri, quorum Curia sensit opem.  
O duras nimium, Fatorum Numina, Parcas,  
Parcere naturâ queis quasi non licitum!  
Gobius, Antistes Præture, quartus adesse  
Cogitur, ingenio, judicioq; gravis,  
Ejusdem spatio numerum qui compleat anni  
Quatturnum tristi funere Gorlicij.  
Sed frustra querimur: sic fert divina voluntas,  
Quemq; sue tandem mortis inire viam.  
Nil valet ullius gravitas, nil splendor & ordo:  
Nullus enim legem, ne moriatur, habet.  
Ergo nec mirum, Patria cecidisse Columnas,  
Tot, tantaq; graves dexteritate Viros.  
Luge Gorlicium quatuor viduata Patronis,  
Calica quos Superi sceptrâ tenere vident.

A 3

Verùm



*Verùm ne posthac desint, queis gaudeat equè  
Curia cum Populo faxit Jōva precor.  
Qui benè cuncta Deus fecit, faciat quoq̄, firmo  
Ut stet Gorlicij fulta vigore Salus.*

*Ex debito Pietatis  
officio scrib.*

ANDREAS THESEUS.

**O**mnibus est mortis præfixus terminus unus,  
Quem pede mortales non remorante petunt.  
Ut moritur Cræsus, pariter sic tollitur Irus,  
Morte senex transit; pusio morte perit.  
Quid? quod magnatum mors sceptrâ ligonibus  
æquans  
Confringit fasces Judicis atq̄; domus.  
Unica quæ rursus nobis est causa doloris,  
Qui lacrymis implet compita, templa, forum.  
Improba quaternos dum mors nunc abstulit annô,  
Qui patriæ fuerant grandia fulcra, viros.  
Richterum, Gobium, Sommerum, deniq̄; Barthûm,  
Publica queis curæ est omnibus una salus.  
Felices animas, jam curæ pondere demptô,  
Aligeros inter digna corona maner,

Quæq̄;

Quæq̄; etiam reliquis Regnantis ab axe repōsta,  
Qui servant veram cum pietate fidem.

*Observantia egrò adponeb.*

MATTHÆUS SEYLERUS.

**H**ic benè qui vixit, benè non moriatur & ævum  
Ex illo aeternum vivat in arce DEI?  
Sed melius queso in mundo quem vivere dicam:  
Quàm virtute piâ qui benè vivit homo?  
Nunc cum GÖBBIADÉ magno virtutibus amplis  
Inter mortales quis mage conspicuus?  
Si quoddam morum, seu vitæ labe carentis  
Est pretium, nemo pluris emendus erat.  
Urbis honoratus rexit nam Prætor habenas:  
Plebis & afflicta est hoc moriente salus.  
Acer erat scelerum Vindex & cultor honesti,  
Furâq̄; reddebat civibus æqua suis,  
Illius ac spectata fides erat omnibus æquè  
Hujus erat probitas cuiq̄; probata probo  
Huic fuit usq̄; comes gravitas, comisq̄; venustas  
Huicq̄; fuit cordi cultus amorq̄; DEI.  
At nunc celitibus per amena Volumina celi  
Additus est socius concelebratq̄; DEVM

Nunc



*Nunc letum in caelis degit faustissimus ævum:  
Ac cornu vera prosperitatis habet.*

Honoris & condolentiæ ergo  
posuit hæc

PAULUS SCHWERDFEGERUS.

*EPICEDIUM.*

**V**ix satis ereptum RICHTERUM funere tristes  
Flevimus, en GOBIUM mors homicida rapit.  
Judicis officio qui functus, profuit Urbi  
Et qui consilii dexteritate sui.  
Non exemit eum Themis ampla, nec aurea Peitho:  
Quarum est consiliis res animare bonis.  
Heu dolor, hanc Urbem quam tristi tempore linquit,  
Curia præsidiis quando carere nequit!  
Nil verò profunt lacrymæ, suspiria, planctus,  
Nec petit ista sibi Nobilis Umbra dari.  
Mors aditus vitæ, mors ipsi janua cæli:  
E medio justis funere vita redit.  
Hanc mortem ergo fleant, queis mors, non mortis  
imago, est.

Supplice nos calidas fundimus ore preces:  
Longa superstitibus parcens ut tempora DIVIS,  
Substituatur raptis æmula Corda DEUS.

ANTONIUS Schmidt.  
Brich

**B**rich O Vaterland die Hände/  
Sich trüb' und düster auß/  
Samle dich ins Thränen-Haus/  
Schwärze die noch neuen Wände/  
Laß die tief-entbrandten Thränen  
Aus den Augen stießen vor/  
Schwinge durch die Luft empor  
Dein benötigt Herzens-sehnen.  
Gürte deinen Hut mit Flören/  
Zuech die Trauer-Kleider an/  
Laß dir ja/ was hindern kan/  
Nicht dein sorgend Herze stören/  
Dir wird so ein Mann entzogen/  
Ja auß Gottes-Zorn' entwand/  
Dessen Sinn ja dessen Hand  
Nur Gerechtigkeit gepflogen.  
Niemals hat er so gerichtet  
Wie der Alexander that/  
Der auf Jovis wahl und rhat  
Einen Götter-Streit geschlichtet/  
Der sich ließ die Liebe blenden/  
Der auf Weisheit nie bedacht  
Auch sein Königreich veracht  
Gab den Apfel Venus Händen.  
Nein bey seinem Urtheil-sprechen

B

Stun-



Stunde die Gerechtigkeit/  
Keine liebe/ ja kein Neid  
Mochte seine Sinnen brechen/  
Standhaft war dabey sein Leben/  
Ernste wen es musste seyn/  
Sanftmuth nam Ihn fleissig ein  
Wen er sie nur könnte geben.

Ursach' ist genug zutrauren/  
Schaue das dreifache Grab/  
Das vor grossen Schutz uns gab/  
Aus dem Rath' / ach zubauren?  
Es ist noch kein Jahr vergangen/  
Als noch aller dreier Geist  
Wie ein Vater sich geweißt  
Dir: Ach trage gros verlangen?  
Gros verlangen magstu führen/  
Schaue wie so viel das Herz'  
Aller Freunde fühlt den Schmerz/  
Dehn sie dannenhero spüren/  
Ihres Haubtes Glanz und Krohne  
Wird der Erden einverleibt/  
Da kein Mittel ferner treibt  
Das sie wieder bey uns wohne.

Den was einmahl uns entnommen/  
Was durch die gewölkete Luft

In

In das Himmels-Schlos ist kommen/  
Kan sein wesentliches Leben  
Seiner Sinnen Zier und Glanz  
So uns sind entzogen ganz  
Nimmermehr nicht wiedergeben.

Drum wie Maass' in allen Dingen  
Also muß sie hier auch seyn  
Den Genaden Sonnen-Schein  
Kan Herr Göbbius besingen/  
Er kan bei den Lebens-quallen  
Ewiglich das A und D  
Lieben/ loben/ rühmen/ wo  
Fried' und Freude sich erhellen.

Last ihr Freunde last das klagen/  
Das nicht Maasse wissen wil/  
Last die Heiden sich kein Ziel  
Sehen bei den vielen Plagen;  
Hörlich mässige das weinen  
Schaue wie du folgst hernach  
Einst in das gestirnte Dach  
Zu den Englischen Gemeinen.

Denen hochbetrübtten Edlen Frauen Töchtern  
und Herren Schwieger-Söhnen auß  
mitleiden eilsfärtigst geschrie-  
ben von

H. S. Förstern.  
GRE-



GREGORIUS GOBIUS.

*ἀνέγρ.*  
SUBIGI, ROGO: SURGE.  
*Evolutio.*

N<sup>U</sup>ll est, quod SUBIGI nequeat vi mortis acerba:  
Nam sunt fatali cuncta cremanda ROGO.  
Hinc etiam fatis concedens Prætor obivit:  
Urbis qui nostræ spesq; decusq; fuit.  
Verum non obiit planè. Nam munera vitæ  
Accipiet, Christus verba ubi lata dabit:  
Prætor SURGE \* vigil, bona qui terrena fidelis  
Curasti, reddam calica, SURGE, bona.

\*Gregorius.

*Ad Filias mœstissimas.*

Quod Pater in votis habuit, nunc deniq; factum,  
O benè, quod vestri sint rata vota Patris!  
Ad Medici Cælestis opem se contulit æger:  
Terreno in Medico cum nihil esset opis.  
Pharmacon accepit melius medicamine quovis:  
Hoc morbos pellit, deprimit atq; necem.  
Ergò quis exoptet, vestrum superesse Parentem?  
Æger in orbe fuit, sanus in arce Poli est.

*Martinus Richterus, G. L.*

D<sup>I</sup>ris quodd nequeant, se necis opponere spiculis  
In terris Gravitas, Eusebie, stirps, Themis inclyta:  
Apparet satis ex legitimo Judice GOBBIO,  
Qui firmum Columnen, grande decus Gorlicij fuit,  
Qui cultor Themidos; dum rapuit pallida mors eum.  
Verùm pocula nunc ætherii Nectaris imbibit.

*Fridericus Abrode, Laubâ L.*



••(o)•• ••(o)••

1670;

17.

Q. D. B. V.

ΕΠΙΡΗΝΙΑΜ  
ΧΡΙΣΤΙ

ΘΕΑΝΘΡΩΠΟΥ  
ΓΕΝΕΤΗΛΙΑΣΑΜ

ΑΝΝΟ κτλ ΙσϞ LXX.  
XXV. DECEMBR.

IN

PARNASSO NISS.

PUBLICAT

AURELIUS PRUDENTIUS CLEMENS V. C.  
INTERPRETE

M. CHR. FUNCICIO,  
RECT.



GORLICI

ΤΥΠΙΣ CHRISTOPHORI ZIPPERI



Y44093